



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 3. Queisnam verbis soleat in iure irregularitas ferri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Sec. I. De Irregularitate Recept. Sent. 327

vltim Ordinum includunt. Coninch d. 16. n. 11. & d. 18. n. 2. & 3.

⁴ *Non est priuatus beneficius, si per se vel per alium praestet. At si id beneficius actus ipsi prohibitos requiratur, eo priuandus est iuxta c. Si celebret, de Clerico excom. Imo si non speraret, breui se posse dispensationem obtinere, teneretur beneficium resignare, praesertim si hoc requireret, ut beneficiatus per se officium faceret. Quia cum beneficium sit propter officium, male retinet, qui ad illud omnino ineptus est. Henriquez lib. 14. cap. 2. numer. 4. Suar. d. 40. section. 2. Auila part. 7. d. 2. dub. 6.*

Alia irregularitas contrahitur sine vltimo proprio actu ob aliquem corporis aut natalium defectum. Alia vero ob proprium aliquem actum. Quae iterum subdividitur in eam, quae fertur ob aliquam culpam eam incurrentis: & in eam, quae incurritur sine vlla culpa, ob bigamiam, defectum lenitatis, &c. Rursum alia est totalis, quae ab omni Ordine suscipiendo, aut exercendo perpetuo excludit. Alia autem partialis, quae vel non impedit omne exercitium Ordinum (ut fit in Sacerdote, qui sine sua culpa perdidit pollicem, qui excepta celebratione, potest alia Sacerdotalia munera obire.) Vel non impedit in perpetuum; sic pueri sunt irregulares donec habeant aetatem legitimam pro singulis Ordinibus requisitam. Coninch disputat. 18. dub. prim. numer. 8. & alij communiter.

CAPVT II.

Quale peccatum requiratur, ad incurrendam Irregularitatem?

⁶ *Non requiro, ob quae peccata in particulari lata sit irregularitas (de quo suo loco) sed in genere quale peccatum ad eam requiratur. Nulla quidem ob actum internum incurritur. Quia nulli sunt Canones, quibus talis irregularitas feratur & receptus est, dari non posse. Quia Pontifex actus mere internos punire non potest, ut aperte colligo ex cap. vltim. de Simon. Nec sufficit quilibet actus externus, sed, nisi in iure aliud exprimitur (quod haecenus factum esse non video) requiritur actus suo in genere consummatus Coninch disputat. 18. numer. 11. & d. 13. num. 7.*

⁷ *De facto nulla irregularitas, quae propter culpam ponitur, ob veniale peccatum incurritur. Quia cum grauissima poena sit non potest censeri, ob veniale crimen imponi: alias enim poena delicto minime responderet. Soto de inst. l. 5. g. 1. artic. 9. Nauar. summ. capit. 27 num. 252.*

⁸ *Imo nec incurri ob venialem culpam incurri posse crediderim. Quia Pontifex huiusmodi poenam praestitbens iniuste se gereret, poena scilicet delictum superante. Suar. d. 40. sect. 3. n. 17. Scio tamen Pontificem posse irregularitatem ferre ob aliquod veniale peccatum, cuius actus materialiter sumptus etiam sine peccato factus sufficientem indecentiam respectu Clericalis status contineret, ut ei posset irregularitas annexa. Verbi gratia, Pontifex posset statuere, ut per actum, quo aliquis fit bigamus, tum solum irregularitas incurreretur, quando aperte constaret, in eo saltem venialiter esse peccatum. Quamvis hoc forte minus expediret ob difficultates, quae possent inde nasci. Quia in foro saltem externo nunquam posset sciri, quando quis eam incurrisset, nisi ut summum ex rei confessione. Coninch d. 18. n. 14.*

⁹ *Potest contrahi irregularitas ex criminibus omnino occultis. Quia Tridentinum ses. 24. c. 6. aperte supponit, cum concedit Episcopis facultatem in iis dispensandi. Profecto dupliciter potest alicui criminis irregularitas annexa. Primo per se: & haec incurritur per tale crimen, quantumcumque sit occultum. Secundo potest ei annexa quasi per accidens ratione infamiae, quam adfert: & tunc sicut ad non fert infamiam quare diu occultum est, ita nec inducit irregularitatem. Nauar. summ. c. 27. n. 194. alios citans.*

¹⁰ *Qui dubitat, an irregularitatem contraxerit, ex quocumque capite dubium oritur, nepe an in iure tali facto sit statuta, vel an ipse tale fecerit, ob quod constet irregularitatem contrahi tenetur de veritate diligenter inquirere, quantum pro loco, & tempore commode potest, antequam quidquam agat, quod irregulari sit prohibitum. Cap. Illud Dominus 5. de Clerico excommunicato. Quando autem post diligentem inquisitionem manet dubium, an tali facto annexa sit irregularitas, qui id commisit, in utroque foro debet indicari irregularis non esse. Cap. Is, qui 18. de sentent. excommunicatione. Idem dicendum, quando quis post diligentem inquisitionem adhuc dubitat, an commiserit actum, cui annexa est irregularitas. Quia nemo bona fide suam libertatem aliaue quamcumque rem possidens, tenetur sese ea spoliare, nisi sufficienter constet, eam perdidisse, seu alienam esse. Suar. d. 40. sect. 5. n. 4. Auila part. 7. disputat. 2. dub. 4. Coninch d. 18. num. 21. & 22.*

CAPVT III.

Quisnam verbis soleat in iure Irregularitas ferri?

¹¹ *Irregularitas nunquam incurritur nisi in casibus à iure expressis. Cap. Is, qui 18. de sentent. excom. in 6. Vbi dicitur, irregularitatem nunquam incurri, nisi id in iure sit praescriptum.*

casti. a iure
expressis.

scriptum: & consequenter nullo iure censetur
ferri, cuius verba non magis significant irregu-
laritatem, quam aliam poenam. Quia non po-
test dici tali iure irregularitatem esse expref-
sam, seu expresse contineri. Attamen quia an-
tiqui nunquam eo verbo vtuntur, sed aliis
modis per circumlocutionem hanc expri-
munt poenam ex quo fit, ut multi laborent, ut
discernant, quandonam antiqua iura hanc po-
nā imponant, quando nō. Ego quidem ad id dis-
cernendum triplicem regulam apponam.

12
*Ad digno-
scendum
quandonam
iure hanc
poenam im-
ponant. Re-
gula prima.*

Prima sit. Quoties ius non imponit poenam
incurrendam ipso facto, sed per Iudicem præ-
scribendam, de irregularitate non loquitur.
Quia hæc nunquam per sententiam fertur.
Quando vero ius censetur imponere poenam
sententia lata, quæ ipso facto incurritur: quā-
ponant. Re. do vero per Iudicem imponendam, exprimit
gula prima. docte Coninch d. 3. num. 20. Suar. disputat. 40.
sect. 8.

13
*Regula se-
cunda.*

Secunda. Idem dicendum, quoties verba Ca-
nonis directe solam executionem Ordinum
prohibent ut sit *Cap. 1. de ordinat. ab Episcopo,*
qui Episcopatu renunciant. Tunc enim potius
fertur suspensio, aut depositio, quam irregula-
ritas, quæ directe impedit Ordinum suscepi-
tionem. Exipio casum, quo ex adiunctis clare
contrarium colligitur, verbi gratiā, ratione
materiæ ipsius legis: ut si agat de casu, ob
quem per alia iura sit irregularitas statuta, &
pateat, quod eandem poenam velit cōfirmare.
Suar. d. 40. sect. 8.

14
*Regula ter-
tia.*

Tertia demum. Quando Ius statuit aliquod
perpetuum impedimentum, quod ipso iure in-
curritur directe impediens susceptionem sta-
tus Clericalis, aut Ordinum, censetur ferre ir-
regularitatem. Quia hæc in tali impedimento
directe consistit. Ex. gr. Si lex dicat, *Quisquis
hoc fecerit, aut Quisquis talem defectum habue-
rit, nunquā ordinetur.* Suar. d. 40. sect. 8. Coninch
d. 18. n. 26.

CAPVT IV.

*De iis, quæ ab Irregularitate
ob aliquam culpam imposita,
excusant.*

15
*Quæ ope-
rantem a
lethali ex-
citant, ab
irregulari-
tatis libe-
rant incur-
sione.*



Væ operantem à lethali
crimine excusant, siue sit
ignorantia iuris, vel facti, siue
iustus metus, ab irregularita-
tis proculdubio excusant in-
cursione. Quia irregularitas
non incurritur nisi ob lethale piaculum. Scio,
aliquos ab hac regula excipere eum, qui etiam
sine sua culpa secundo baptizatur: quia *Cap.
Qui bis, de consecr. dist. 4.* dicitur esse irregula-
rem, qui etiam ignoranter secundo vnda Sacra
diluitur. Et *Cap. Qui in qualibet 1. ques. 7.* idem
dicitur de eo, qui in quacunque ætate, aut bis,
aut ab hæreticis baptizatur. Attamen Canon
prior est solum Theodori Cantuariensis, qui

non potuit irregularitatem constituere. Poste-
rior autem intelligendus est de qualibet ætate
eorum, qui vtuntur ratione. Aliet enim con-
tradiceret *Capiti Placuit*, & *Capiti Qui auct.*
1. q. 4. Vbi expresse dicitur, eos, qui ante vlti-
mationis apud hæreticos baptizati sunt, hanc
irregularitatem non incurere, Coninch d. 18.
n. 27. & alij communiter.

Exercens actum, cui annexa est in puram
poenam irregularitas, eam non incurrit, si in-
vincibiliter ignoret actum iure Ecclesiastico
esse prohibitum, licet prohibitum sit iure na-
tura. Quia *Cap. 2. de constitutionibus in 6.* aperte
dicitur non ligari ignorantes Ordinariorum
constitutionibus. Vnde aperte sequitur, igno-
rantem aliquam legem, nec ea, nec eius poenis
teneri. Coninch d. 18. n. 29.

CAPVT V.

*De Irregularitate ex illicita Sa-
mentorum susceptione.*



Vi voluntarie secundo bap-
tizatur, aut alium baptizat, aut
rebaptizanti ministrat, sit irre-
gularis. De rebaptizato patet
Canon. *Eos, de consecr. dist. 4.*
Qui generatim omnibus rebaptizatis hanc
poenam imponit. De rebaptizante *Can. Ex
litterarum, de apostat.* Hæc tamen irregularitas
non est nisi quoad Ordines suscipiendos, ut ex
textu patet. Omnes sic.

Ut ministrans rebaptizanti hanc irregu-
laritatem incurrat, crimen debet esse publicum
vbi exprimit textus. Rebaptizans vero irregu-
laris est, etiam quando factum est occultum.
Potest tamen in hac poena Episcopus dispen-
sare iuxta Trident. *ses. 24. c. 6.* Sicut etiam com-
ministro, qui post hanc irregularitatem con-
tractam Religionem ingreditur. *Cap. Ex liti-
rarum, de apostat.* Syluest. *v. Irregularitas, n. 6.*
Suar. *to. 3. d. 3. 1. sect. 6. dub. 3.*

Verum ad huiusmodi poenam incurrendam,
non sufficit, ceremonias Baptismi iterari, sed
necessum est recitari ipsum Baptisma. Vnde
patet non incurere hanc poenam, qui reitera-
ret solam externam materiā ac formæ appli-
cationem sine intentione baptizandi. Quia
talis nullatenus rebaptizat nisi secundum ex-
ternam quandam apparentiam. Suar. *to. 3. d. 31.
dub. 4.*

Nec irregularitatem incurrit, qui rebap-
tizat sub conditione, *Si non es baptizatus*, etiam
eum, quem scit baptizatum esse. Quia non ha-
bet animum vere rebaptizandi, sed potius nu-
gandi, vel simulandi Baptismum. In foro ta-
men externo talis puniri posset tantum re-
baptizatus, quando constaret, hunc esse dilu-
cognovisse. Quia haberetur hæc conditio tan-
quam non apposita, & iudicaretur, serio vo-
luisse rebaptizare, & conditionem loco
adiiecisse: nisi aliunde contrarium apparet.
Coninch